

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des **Mittelalters.**



Dreizehnter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1888.

Ermahnungsschreiben an einen Karolinger.

Herausgegeben von E. Dümmler.

Das nachfolgende, meines Wissens bisher ungedruckte Schriftstück findet sich in der dem Anfange des 10. Jahrh. angehörigen Handschrift Reg. 12 C. XXIII des Britischen Museums fol. 127 ff., aus welcher es einst von Dr. Th. Oehler für uns abgeschrieben wurde. Nach der Beschreibung der Hs. bei Casley (*Catalogue of the Kings library* p. 205) enthält dieselbe vorher Iuliani Toletani Prognostica und die Räthsel Aldhelms, des Simposius, Eusebius, Tatwine, für die letzteren beiden Sammlungen benutzt von Ebert (*Berichte der königl. sächs. Gesellsch. der Wissenschaften* 1877 S. 29), am Schlusse dagegen unvollständig Scotti cuiusdam versus de alphabeto (vergl. W. Wagner im *Rheinischen Museum* N. F. XXII, 629).

An unser Sendschreiben schliessen sich unmittelbar ohne Ueberschrift Verse an, die mit den Worten beginnen: 'Impleat o vestrum domini dilectio pectus' und enden mit 'Quam dominus dabit electis in sedibus almis'. Es sind dieselben, die ich aus einer Cambridger Hs. habe abdrucken lassen in der Zeitschr. für Deutsches Alterthum von Steinmeyer XXI, 68—75. Durch die Aufschrift 'Incipiunt dogmata Albini ad Carolum imperatorem' verführt, hielt ich sie damals für bisher unbekannte Gedichte Alcuins, allein die später gemachte Entdeckung (s. N. Arch. IV, 135), dass dieselben Verse schon im J. 1782 aus einer spanischen Hs. unter den Werken des Eugenius von Toledo veröffentlicht worden, liess mich meine frühere Auffassung verwerfen. Immerhin wäre es indessen denkbar, dass Alcuin oder ein unbekannter Albinus sich hier mit fremdem Eigenthume gebrüstet hätte. Jedenfalls aber ergeben diese Gedichte nichts für den Ursprung des ihnen vorangehenden Briefes.

Casley, indem er beides zusammenfasste, bezeichnete diesen sehr vorsichtig als 'Admonitio moralis partim metrica partim soluta regi cuidam Caroli imperatoris nepoti data'. Angeredet wird darin nämlich ein König von jugendlichem Alter und als

dessen Grossvater ein Kaiser Karl bezeichnet. Kein anderer Name, von den biblischen abgesehen, kommt in dem Aktenstücke vor, denn der sehr fromme Vater des regierenden Herrschers wird so wenig deutlich bezeichnet, dass wir nicht einmal wissen, ob er als Kaiser oder nur als König regiert hat.

Hieraus ergeben sich zwei Möglichkeiten: entweder ist an Karl den Kahlen zu denken oder an einen der Söhne Ludwigs des Stammlers, da sowohl der eine wie die andern einen Kaiser Karl zum Grossvater hatten. Im letzteren Falle bliebe noch die Wahl zwischen Karlmann in der Zeit seiner Alleinregierung (882—884) und Karl dem Einfältigen (898). Für eine der letzteren beiden Möglichkeiten könnte es vielleicht sprechen, dass die Lobsprüche, die dem Grossvater ertheilt werden, für Karl den Grossen nicht glänzend genug klingen, und dass der Vater nur sehr beiläufig erwähnt wird. Man sollte glauben, da es dem Verfasser hauptsächlich auf die Förderung der Kirche und der Religion ankommt, dass er Ludwigs des Frommen eingehender hätte gedenken müssen. Ludwig der Stammler dagegen regierte nur so kurze Zeit (877—879), dass allerdings von seinen Handlungen nicht viel gerühmt werden konnte. Uebrigens sind diese Ermahnungen so allgemein gehalten, dass sie schliesslich auf jeden der Karolingischen Könige in jugendlichem Alter passen würden. Der Verfasser hat namentlich die Psalmen viel dafür benutzt, seine Anführungen aus der Bibel aber sind vielfach sehr ungenau im Wortlaute, nur aus dem Gedächtnis wiedergegeben.

‘Sublimitatis vestrae oboediens praecepto, quo nostrae mediocritati iniunxistis, ut aliquid dignum scriberem vestrae serenitati, misi ad vestram excellentiam hoc monitorium opus, ut inter reipublicę curas excellentia salubritatis praecepta ad mentem revocans habeatis, ubi honestatis et salutis possitis invenire speciem. Oportet itaque serenitatem vestram frequenter sacras recensere scripturas, ut in eis antiquorum et Deo placentium regum valeatis cognoscere causas, quemadmodum ipsi per humilitatis custodiam Domino placuerunt. Quorum vestigia si secuti fueritis, longevum presentis regni honorem, insuper vitam obtinebitis aeternam. Nam David rex sapiens, fortis et humilis, sequendo iugiter opera bona, proelia adversus se suscepta semper vicit. Templum etiam Domini quanquam ipse non aedificaverit, tamen per filium Salomonem ad perfectum illud postea perduxit. Sic enim per prophetam ¹: ‘Ex femoribus’, inquit, ‘tuus domnus exiet, qui hanc domum meam postea aedificabit’. Qui rex Salomon rex tantę sapien-

1) 1 Par. 17, 11 ‘suscitabo semen tuum post te . .’, 12 ‘ipse aedificabit mihi domum’ (vgl. Gen. 49, 10).

tiae tantęque prudentiae fuisse legitur, ut nullus nec ante illum nec post illum similis fuisse legatur¹. In iudicio rectus, sapiens in eloquio, mitis et benignus exstitit. Hi itaque, quid eis prophetae praedixerint, intenta aure audierunt. Quam ob rem, gloriosissime domine, oportet, ut et sacerdotes audiatís et consiliarios sapientes diligatis, atque ad eorum doctrinam viriliter adtendatis. Vulgari enim proverbio ita dicitur: 'Qui cum pluribus consiliatur, non peccat'. Dignum est quoque, ut personas maturae aetatis et consilium habentes claro modamine audiatís, iuvenum etiam cauto ordine verba recipiatís. Nam consiliis iuvenum sepe casus evenit et in senioribus stabilis eloquii dignitas perdurat. Denique memoratus Salomon accepto regno, videns nihil suis viribus posse, totum se convertit ad supplicandum Dominum, ut ei suscepto gubernaculo regni sapientiam et prudentiam tribueret ad regendum populum suum. 'Domine Deus', inquit², 'tu me servum tuum regnare fecisti; ego autem sum puer parvus et ignorans egressum et introitum meum, et servus tuus in medio est populi, quem elegisti, infiniti, qui numerari et supputari non potest prae multitudine. Dabis ergo servo tuo cor docile, ut iudicare possit populum tuum et discernere inter malum et bonum. Instrue me, Domine, viam rectam in qua ambulem, et da mihi sapientiam atque intellectum in omnibus sensibus meis, ut armis fidei circumdatus in omni intellegentia circa me protectionis tuę auxilium habeam. Haec puer fidelis perorans, exaudita est oratio eius, locutusque est ad eum Dominus dicens³: 'Quia non petisti aurum et argentum neque divitias aut animas inimicorum tuorum, ideoque quod postulasti dat tibi Dominus, hoc est sapientiam et intellectum'. Ergo, venerabilis rex, si placita Deo postulaveris et fueris moderatus verbis, firmus in dictis, foederatus in animo, in caritate locuples, in bonitate subtilis, in verbo verax, in salutatione receptaculum habens, in dispensatione sensatus, in iudicio rectus, in vindicta pius, in pauperibus misericors, Dominus augebit annos tuos, sicut fecit antecessoribus tuis regibus, qui in hoc seculo nobiliter regnaverunt. Proinde si in hac iuvenili aetate perfectus fueris, gentes circumquaque positę de recto et iusto regimine vestro pavebunt, omnes etiam fideles vestri vobiscum gaudebunt, universi vos timebunt et obaudient ac dirigent, gratiasque agent divino rectori, domino nostro Iesu Christo, quod talem meruerint sibi preesse regem. Cum inter ipsos in con-

1) 2 Par. 1, 12 'sapientia et scientia data sunt tibi . . . ita ut nullus in regibus nec ante te nec post te fuerit similis tui'. 2) 3 Reg. 3, 7—9 bis 'bonum et malum'. Daran schliesst sich 2 Par. 1, 10 'Da mihi sapientiam et intelligentiam'. 3) 2 Par. 1, 11 'Quia . . . non postulasti divitias et substantiam et gloriam neque animas eorum qui te oderant' . . . 12 'sapientia et scientia data sunt tibi'.

silium veneritis, semper sereno vultu eorum verbis aurem prebe, sollicite considerate, quid singuli loquantur pro stabilitate patrię, pro causis emendandis, pro vestra salute, pro his quę ordinanda et tractanda sunt in palatio regio. Omnia haec oculi vestri instanter aspiciant, et aures vestrae prudenter audiant. Quotiens vero inter illos veneritis, sic estote solliciti, quasi puer, qui sapienter litteras discere vult, tantaque prudentia vestra inter ipsos appareat, ut eis loquentibus non ut discipulus, sed quasi moderator adsistatis. 'Qui cum sapientibus graditur', ut Scriptura dicit¹, 'sapiens erit'. Ideoque in conventu sapientium fatui stultique sermones removendi sunt, quoniam, ubi sapientia habitat, Deus ibidem mansionem facit. Meminisse debet vestra prudentia serenissimi imperatoris avique vestri Caroli, qui tanta fuit prudentia et benignitate, ut non solum iustus apud Deum, sed etiam apud homines predicaretur. Mansuetudini iuncta fuit in eo virtus et prudentia, ut omnem hanc gentem sublimaret et erigeret; aecclesias etiam et monasteria instantissime aedificavit et composuit. Ergo, dulcissime domine, quoniam parentes vestri tantam habuerunt intellegentiam atque virtutem, sic agite per singula, quomodo regem decet. Non levitate animus enervetur, non iracundia animo dominetur, quia, sicut apostolus dicit², 'Ira viri iustitiam Dei non operatur'. Aebrietatem ita fugite, ut etiam aebriosi timeant se apud vestram mansuetudinem gratiam perdere. Inordinate alicui responsum nolite reddere, sed in loquela eruditio et veritas appareat, quia eruditus in verbis repperiet bona³. Et patientiam nolite obmittere, quia, sicut scriptum est⁴, vir patiens fortior est expugnatori urbium. Cum aliquis aut pro vestra utilitate aut pro sua necessitate aliquid vestrę sublimitati suggesserit, sic moderate et caute agite, sicut decet regem. Econtra si contigerit iram vestram commoveri, cito animus ad suam redeat tranquillitatem. Nam apostolus dicit⁵: 'Sol non debet occidere super iracundiam nostram'. Cum itaque his et huiusmodi officiis congruentibus regiae pietati exercere studueritis regiam dignitatem, perfecte et dici et esse poteritis rex, simulque pietas et gloria Domini super vos veniet, ut iure sermo Daviticus⁶ in vobis impleatur, ut in virtute Domini, o rex, leteris, et super salutare eius exultes vehementer. Desiderium animae tuae tribuat tibi Dominus, voluntatem laborum tuorum non fraudabit. Aequitate directa

1) Prov. 13, 20. 2) Iac. 1, 20. 3) Prov. 16, 20. 4) Prov. 16, 32: 'Melior est patiens viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore urbium'. 5) Ephes. 4, 26. 6) Psal. 20, 2: 'Domine, in virtute tua laetabitur rex et super salutare tuum exultabit vehementer'. 3 'Desiderium cordis eius tribuisti ei et voluntate laborum eius non fraudasti eum'. 6 'Magna est gloria eius in salutare tuo; gloriam et magnum decorem impones super eum'.

sit gloria tua in salutari eius, gloriam et magnum decorem imponat super te. Inluminet te Dominus et impleat omnes rectas petitiones cordis tui, et consilium tuum in bonis actibus confirmet, ut pro te cuncti Christiani implorent¹: 'Domine salvum fac regem nostrum, et exaudi nos in die qua invocaverimus te'. Si² speraveris in Domino et feceris bonitatem coram illo, pascaris in divitiis eius. Revela³ Domino interiora cordis tui, et spera in eum, et ipse faciet, et deducet⁴ quasi lumen iustitiam tuam, et iudicium tuum lucere faciet, sicut meridiem. Ergo subditi estote semper Domino et obsecrate eum, ut dono gratiæ suæ vitam vestram gubernet et disponat. Expecta⁵ Dominum, ut ipse custodiat viam tuam, ut et cum pace inhabites terram. Custodi autem veritatem et vide aequitatem, quia salus est iustorum a Domino et ipse protector est eorum in tempore tribulationis; adiuvabit eos Dominus et liberabit eos et salvos faciet eos et eruet eos a peccatoribus. Ostendet⁶ Dominus misericordiam suam timentibus se, sicut vestrae sublimitati faciet, si fueris pius et misericors et timens Deum et consolator pauperum. Sic enim in psalmo⁷ dicitur: 'Beatus intellegit super egenum et pauperem, in die malo liberabit eum Dominus'. Veritas non abnegetur, sed iustitia semper tam a vobis quam a subditis pronuntietur, ut deteresa humana cupiditate, aequitatis radietur lumen. Sic iustitia procedat, ut cum lande clarificetur Deus, iustoque iudicio in palatio vestro agitato letificentur et exultent pauperes, viduae defensionem habeant, orphani tutelam suscipiant. Super aecclesiarum ac monasteriorum conservatione atque eorum privilegiis conservandis vestra sublimitas vigilans semper ac prona sit, ut eorum religio sicut piissimi et domini nostri, genitoris autem vestri, ita et vestris temporibus non solum crescere, sed etiam, prout possibile fuerit, inconvulsa manere se gaudeat et letetur. O rex, sit tibi amor Dei timorque coniunctus, semperque sit tibi divina severitas presens. Quantumque ipse honorem tibi ampliauerit, tanto amplius illum dilige, illumque cotidie assidue atque humiliter rogare non desistas, quatinus det sapientiam mentibus vestris gubernandi regnum, quod eius ordinatione accepistis; semper illi placere desideres. 'Omne enim donum perfectum desursum est', sicut apostolus dicit⁸, 'descendens a patre luminum'. Et in alio loco Dominus⁹: 'Non potest homo accipere quicquam, nisi datum ei fuerit de cælo'. Ideo namque dona ac potestates dantur a Deo hominibus, ut auctori suo gratias sciant referre. Ministrum Dei te scias esse ad hoc

1) Psal. 19, 10. 2) Psal. 36, 3 'Spera in domino et fac bonitatem . . et pascaris in divitiis eius'. 3) Ebd. 5 'Revela domino vitam tuam et spera in eo et ipse faciet'. 4) Ebd. 6. 5) Vgl. Ps. 36, 34. 6) Vgl. Ps. 84, 8. 7) Ps. 40, 2. 8) Iac. 1, 17. 9) Ioh. 3, 27.

constitutum, ut quicumque bona faciunt, habeant misericordem in vobis adiutorem, vindicem fortem, qui mala faciunt. Ante omnia pravorum consilia caveto, et personarum acceptiones. Sine bonorum consilio nihil facito, sed et unicuique proprius servetur honor. Unumquemque sua fides commendet. Nolite diligere eum, quem Deus odit, id est qui sua contempnit precepta. Neque odiais eum, qui Deum diligit, id est qui sua mandata custodit¹. Nolite diligere adulatorem, sed sincero ametur corde, qui veritatem vobis profert. Honorate sacerdotes, Deum timentes magnificate. Veritatem amate et sequimini. Clamores populi moderate conpescite. Iudices pravorum viriliter atque severe corripite, ut qui mali sunt regalem timeant auctoritatem, teneant legem et rationem, boni vero a vobis instructi, ament fidem et misericordiam. Singuli iustum iudicent iudicium. Sapientium dicta prudenter interrogate. Nec vos pudeat interrogare quod ignoratis. Purum sensum habeto. Per singula stabilis sit sermo. Considerate antequam definiatis, et postquam definieritis non inmutetis, si tamen non sit malus aut noxius. Non enim decet regem mutabilem esse. Ova aspidum nuda planta calcare caveto. Recordamini preterita et cognoscite futura; intellegite quod scriptum est: 'Divitiae si affluent, nolite cor adponere'². Cogitate diem novissimum, ne per securitatem offensam Dei incurratis, et cognoscite vos mortalem esse. Licet enim regia sublimatus dignitate, nequaquam mors pretereundum putabit cum venerit, sed omnium ut pauperum ita etiam divitum et regum oculos amara claudet.

His paucissimis verbis vestram presumpsi admonere sublimitatem, piissimi genitoris vestri vestroque instigatus amore, cupiens et optans vestram excellentiam ita in presenti seculo prosperari, ut de caducis et de terrenis pervenire mereamini ad stabilia et firma in celis palatia, quæ nec³ oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus diligentibus se.

1) 'custudit' Hs. 2) Psal. 61, 11. 3) Vgl. 1 Cor. 2, 9.